



# Disputatio juridica quadragesima-secunda, de legatis & fideicommissis, ad Lib. 30. 31. & 32. Pandectar.

<https://hdl.handle.net/1874/341237>

DISPUTATIO JURIDICA  
QUADRAGESIMA-SECUNDA,  
DE  
LEGATIS & FIDEICOMMISSIS,

<sup>A.D.</sup>  
Lib. 30. 31. & 32. Pandectar.

Q U A M.

FAVENTE DEO OPT: MAX.

S U B P R A E S I D I O

Clarissimi Consultissimique Viri,

D. CYPRIANI REGNERI ab OOSTERGA,  
J.U.D. nec non ejusdem Facult. in Illustri Traject. Acad.

Professoris Pandect. & p. t. Rectoris Magnifici.

Publicè defendere conabitur

JOHANNES A B E W. Y C K, Ultrajectinus.

Ad diem 12. Novemb. hora locoque solitis.



TRAJECTI AD RHENUM,  
TYPIS Gisberti à Zijl, & Theodori ab Ackersdijck,  
cIc. 10. c. LI.

*Reverendo, spectabili, ac prudenti Viro*

D. HARMANNO AB EWYCK,  
rerum maritimarum in collegio Amstelodamensi præfecto nominato, collegii S.  
Mariæ apud Ultrajectinos Canonico, agge-  
risque Leccæ Achicuratori delegato, paren-  
ti suo venerando, omni honore, observan-  
tiâ & obsequio semper colendo ac profe-  
quendo.

NEC NON

*Nobili viro juveni,*

D. GUILHELMO VANDER MEULEN,  
amico meo integerrimo & studiorum juri-  
dorum commilitoni gratissimo.

AC

*Doctissimo, consultissimoque viro*

D. PETRO ARNOUTS, J. U. D.  
& in curia hac Provinciali Adyocato dig-  
nissimo cognato meo.

*Hacce studiorum juridicorum meorum primitias.*

D. D. D:

JOHANNES AB EWYCK,

*Respond.*

D I S P U T A T I O J U R I D I C A  
Q U A D R A G E S I M A - S E C U N D A ,  
D E  
L E G A T I S & F I D E I C O M M I S S I S ,  
A D

Lib. 30. 31. & 32. Pandectar.

T H E S I S I .

**A**D l. 1. Lib. 30. quæritur, an d. l. à Triboniano interpolata sit, an vero intelligi possit de adæquatione, quæ tempore Ulpiani facta est & sic conciliari cum l. 1. & 2. c. Comm. de legat.? Sed quum jure novo res extra controversiam sit d. l. 2. istiusmodi quæstiones viro cardato indignæ videntur. Quæstio, an dicta legatorum & fideicommissorum adæquatio ad libertates extendi possit, præterquam quod usu destituatur, decisa videri potest in not. nostr. ad §. 2. Inst. b. t. ubi sensus adæquationis & differentia legatorum & fideicommissorum satis aperte indicatur. Adde Treutl. vol. 2. disp. 13. thes. 1. & ibi Bacchov. Zaf. & Bus. ad d. l. 1.

Ad l. 4. quæritur, an pr. d. l. procedat, licet constet, testatorem sub appellatione vestis comprehendere voluisse suppellectilem? Neg. l. non alit. 69. pr. de leg. 3. l. cum de lanion. 18. §. 3. in fin. de instrukt. & instrum. leg. Diff. Accurs. quem lequitur Zaf. hic.

II.

Ad l. 6. quæritur, an olim propter legatum finendi modo reliatum actio competierit? Sed itidem putide, quum hoc jure novo notissimum sit, ipso Bacchov. d. l. fatente, qui tamen saepe in istius modi notis & abrogatis, ut Treutl. perstringat occupatissimus est. Næ si jus novum iniquitate laborat, haud ablonans labor videtur, qui tunc in juris veteris excusione

impeditur. An & quomodo d. l. 6. conveniat cum l. Scribit. 34. §. fin. de aur. & arg. leg. vide apud Cujac. 2. obs. 39. Bus. add. l. 6.

Ad l. 7. queritur, an & quomodo d. l. in concordiam redigenda sit cum l. Titia. 34. §. Lucia 2. de leg. 2. Sed frustra, quum de servis quæstio sit, quæ nec filiis adipicari potest, quod hodie sibi adquirant. Si tamen præter solutiones Cujacii, Arumei, Aliorumque, novam audire lubet, dico in d. §. 2. fideicommissum ideo ipso jure non amissum esse, quod nec subtili jure repudiari potuit. Nam quidquid servo relictum est, domino ejus in vita obvenit, ut dixi ad §. 3. Inst. per quas pers. cuique adq. An Abbas sine consensu capituli hereditatem vel legatum monacho relictum repudiare possit, vide apud Zaf. ad. d. l. 7. & Canonist. ad c. 1. & 2. de reb. Eccles. non alien. An legatum defuncto relictum heres ejus in prejudicium alterius repudiare possit, vide apud Fachin. 6. c. 83.

### III.

Ad l. 8. queritur, an legato fundo communis pars postea à socio redempta legatario cedat? Aff: d. pr. & l. si Stat. 14. & l. Ped. 32. de aur. arg. leg. Diff. Gloss. & DD. comm. teste Zaf. hic. & ad l. 5. b. t.

Ad l. 9. queritur, an d. l. negative concipienda sit? Neg: l. serv. 98. eod. Diff. Haloand. hic Quomodo porro ad d. l. 9. distinguendum sit, vide in disp. nostr. ad §. 4. Inst. b. t. Diff. vide ibid. & apud Zaf. hic. Bacchov. ad Treul. thes. 4. lit. a.

Ad l. 11. queritur, de difficulti d. l. sensu, sed frustra, quum tota difficultas verletur circa patriam potestate, quæ apud Belgas cessat. Vide tamen, si lubet, Iason. Zaf. Duaren. Arum. ad d. l. 11. Fachin. 5. c. 65.

Ad l. 16. queritur, an jus accrescendi locum habeat inter verbis conjunctos tantum? Sed cum nos eam questionem jam semel atque iterum ventilavimus ad §. 8. Inst. b. l. & ad l. 1. 2. & 3. de usuf. accresc. non videtur repetenda, nisi Aliis propriis illustrerem rei materiam aliter videatur. An pars deficientis ad alterum

alterum perveniat jure ad crescendi, an jure non decrecendi  
an jus accrescendi recte dicatur lege introductum, an definiatur  
modus &c. vide apud Treutl. thes. 3. & ibi Bacchov: Nam nobis  
dictæ questiones saltem in hoc levioris ponderis videntur ut  
difficiliores excludere possent: Queritur ergo ad §. ult. d. l. 16.  
an in fideicommisso conditionali nati post conditionis even-  
tum admittantur, ut concurrant cum iis, qui evenientis condi-  
tionis tempore exstabant, & admissi fuere? Aff: arg. d. §. ult.  
à contrario sensu, & l. seq. Diss. vide apud Fachin. 4. c. 88. Bus.  
ad d. §. An & quare necessarium fuerit, ut in pr. d. l. 17. mentio  
posthumæ in testamento facta sit, frustra controvertitur, quum  
jure novo sub appellatione filii haud dubie posthumæ compre-  
hendatur. Vide tamen, si vacat, Bus. Arnm. & Zaf. ad. d. l. 17.

#### IV.

Ad l. 2. 1. queritur, an fructus ex re legata etiam ante aditam  
hereditatem percepti ad legatatum pertineant? Aff: arg. id. 2. 1.  
perque ea, quæ diximus in disp. ad §. 20. Inst. b. t. Diss. vide ibid. &  
apud Treutl. thes. ult. d. disp. 13. lit. h. & ibi omnino Bacchov. Fa-  
chin. 12. c. 68.

Ad l. 2. 8. queritur, an pr. d. l. abrogandum sit? Neg: quia ul-  
tima voluntas ita interpretanda est, ut valeat potius, quam pe-  
reat, si commoda interpretatione salvari possit. §. si quis. 1. 1. Inst.  
b. t. Diss. Autum. cens. Gall. ad d. pr. quem sequitur Groenew. ad id.

Ad §. 1. d. l. queritur, an d. §. accipi de specie debeat, non de  
quantitate, & sic conciliari cum l. debit. 82. pr. de leg. 2? Sed fru-  
stra, quum jure novo debitor ipsam quantitatem debitam credi-  
tori legando hypothecam constitueret l. 1. & 2. C. comm. de legati  
quo inclinat Bus. ad d. 12. Quinimo moribus promissor speciei ipsa  
rei vindicatione ante ejus traditionem conveniri potest, ut alibi  
dixi latius. Adde not. nostr. ad §. 14. Inst. b. t. Treutl. d. disp. thes.  
4. lit. i. & ibi Bacchov.

Ad l. 34. §. 3. queritur, an d. §. à Tribonianō interpolatus  
sit, & tantum locum habeat, quando in eodem testamento ea-  
dem quantitas bis legata est? De priori quest. membro non sum

follicitus, modo interpolatio justa sit, de qua tamen dubito propter rationes ab Arum. ad d. §. & Bacchov. ad Treutl. thes. 5. lit. 1. allegatas. Posterius de jure Rom. affirmo ex l. Quing. 12. de probat. Diff. vide apud dd. Aut. & Zaf. hic. Ad §. 11. l. 34. & l. 116. §. 1. & similes textus, qui hic in scrupulositate aut ini-  
quitate consistunt, dicam in not. Vide interim Groeneweg.  
ad dd. §§.

V.

Ad l. 39. §. 7. queritur an jure Canon. in c. 5. ext. de testam.  
d. §. recte correctus sit? Neg: per ea, quæ dixi in disp. ad §. 4.  
Inst. h. t. Adde Bacchov. ad Treutl. d. thes. 5. lit. c. Bus. ad d. §. 7.

Ad §. ult. d. l. queritur, an feudo à Vasallo citra consensum  
domini legato, saltem æstimatio debeatur? Neg: d. §. ult. Plu-  
res rationes & diff. DD. vide in d. disp. nostr. ad §. 4. Inst. h. t. &  
apud Bacchov. ad Treutl. d. thes. 5. lit. g. Fashin. 5. c. 37.

Ad l. 40. queritur, an rei, quæ alicui relinquitur jure fidei-  
commisi, cuius commercium non habet, æstimatio debeatur?  
Neg: d. §. ult. l. 39. & §. 4. Inst. eod. atque adeo posteriorem  
particulam negativam expungendam esse in d. l. 40. pro certo,  
statuendum videtur. Diff. vide apud Bus. ad d. l. 40. Arum. ad d.  
§. fin. l. 39. Treutl. d. thes. 4. lit. m. & ibi Bacchov. Ioan. a Sande  
lib. 4. tit. 4. def. 4.

Ad l. 41. §. 1. & 2. queritur, an d. §. 2. quatenus de re sibi  
propria legata loquitur, pugnet cum l. 1. §. ult. de reg. Caton.  
disputo quod lubet. Vide Treutl. thes. 5. lit. e. & ibi Bacchov.  
Ceterum hodie ea, quæ ædibus juncta sunt, legari posse, censeo  
cum Autumno quem sequi ausus non est Groeneweg. ad d. §. Ra-  
tio censure vulgaris est in l. 2. si à parent. quis manumiss. & l. 2. i. C.  
mand. junct. l. 12. de R. I.

Ad l. 47. §. ult. queritur, an ratio in fin. d. §. adjecta procedat,  
licet res legata eodem modo interitura fuisset apud heredem?

Ad

Neg: per ea, quę diximus in disput. ad §. 16. Inst. h. t. & l. 15.  
§. ult. de rei vind. Aut si ita de jure Civili non est, saltem esse de-  
bet, ut hic etiam censem. Aut. & Groenewreg. Diff. vide dd. loc.

## V I.

Ad l. 57. queritur, an heres rem obligatam ab ignorantе testa-  
tore legatam luere teneatur, quando aestimatio rei non excedit  
quantitatem debiti, pro quo oppignorata est? Neg: id. vers. vel po-  
test aliquid &c. à contrario sensu. Diff. vide apud Fachin. 12.  
c. 34.

Ad l. 71. pr. queritur, an legatum fundi in genere valeat? Aff:  
per ea quę scripsi in disp. ad §. 22. Inst. h. t. Diff. vide ibid. mores  
apud Groenewr. hic.

Ad §. ult. d. l. queritur, an jure novo jus emphyteuticum lega-  
ri prohibitum sit, atque adeo d. §. ult. correctus per l. ult. C. de jure  
emphyt. Neg: per ea, quę dixi in disp. ad §. 3. Inst. de locat. & tit. D.  
si ager. rectig. per. An & quando pater uni ex liberis legare possit  
disputo ad §. 4. Inst. h. t. thes. 8: Vide Treutl. d. thes. §. lit. h. & ibi  
Bacchor. Fachin. 6. c. 63.

Ad l. 74. queritur, an legata etiam nominatim ab instituto he-  
ride relicta intelligentur repetita à substituto? Aff: in casu du-  
bio d. l. Nam si testator institutum legato oneravit, multo ma-  
gis substitutum onerasse presumitur, qui in amore posterior est,  
& in locum prioris succedit. Diff. vide apud Fachin. 5. c. 39. Bus.  
ad d. l. 74.

## V II.

Ad l. 84. §. 6. queritur, an pater dotem promissam legans fi-  
lię compensare voluisse censeatur? Neg: nisi dixerit eandem  
dotem, quam promisi, do lego d. §. 6. & l. Titia. 34. §. 5, à  
contrario sensu de leg. 2º. Diff. vide apud Treutl. disp. 25. vol. 1.  
thes. 12. & ibi Bacchor.

Ad l. 114. §. 1. queritur, an fideicommissum in casu d. §. c-  
tiām

tiam evanescat , quando testator voluit bona in agnatione conservari ? Aff: licet liberi absque posteris descesserint . l. 32. §. 6. leg. 2. Ratio perspicua est, quia voluntas testatoris in genere fideicommissum introducentis servanda est. l. 19. de cond. & demonst. Diff. vide apud Fachin. 13. c. 25. Quis probare debeat, quando questio est de existentia liberorum significavi in disp. ad l. 2. de probat. Adde Fachin. 6. c. 44.

Ad §. 14. queritur, an fideicommissum resultans ex prohibitione alienationis , juncta causa , quia volo bona conservari in agnatione & familia , restringatur ad terminos substitutionis precedentis ? Aff: quia fideicommissa in casu dubio utpote odiosa , extendi non debent. Diff. vide apud Fachin. 10. c. 19. Ioan. à Sande. lib. 4. tit. 5. def. 20. An ergo ex prohibitione alienationis , ea clausula adjecta , quia testator voluit bona conservari in agnatione & familia tantum inducitur fideicommissum casu alienationis , non vero absolutum & simplex? Nequaquam, quia ex dicta prohibitione constat de generali voluntate testatoris, quæ servanda est, ut dixi ad §. 13. Diff. vide apud Fachin. 4. c. 49. Sed queritur, an in rebus fideicommisso subjectis sequens agnatus excludat fiscum , quando ob proximioris agnati crimen bona ejus publicata sunt ? Aff: l. Peto 69. §. 3. de leg. 2. Ratio rursus sumitur ex generali & verisimili voluntate testatoris , atque ita in praxi servari testatur Bus. ad d. §. 14. Diff. vide apud Fachin. d. 4. c. 50.

### VIII.

Ad l. 1. Lib. 31. queritur, an pr. d. l. pugnet cum l. nonnunq. 52. de condit. & demonst. Sed frustra, quum hodie non solum arbitrio extranei , sed etiam ipsius heredis & legatarii legatum relinqu possit, ut dicam, Deo volente, latius in not. ad l. 43. §. 2. de leg. 1. & add. ll. Diff. vide apud Fachin. 5. c. 58. & seq. Arum. ad d. l. 1. Treutl. thes. 6. lit. d. & ibi Bacchov.

Ad l. 32. §. 6. qr, an fideicommissum sive alienationis prohibitio extendatur ultra quartū gradum, decimū gradū & centū annos? Aff:

Aff: d. §. 6. cui nulla novella constitutio aduersatur, aut adversari potest. l. 1. C. de SS. Eccles. Diff. vide apud Fachin. 4. c. 100. & Ioan. à Sand. lib. 4. tit. 4. def. 4. Sed quinam proximiores in d. §. vocati censentur, defuncti an heredis? Aff: prius d. §. 6. & d. l. peto 69. §. 3. eod. l. ult. C. de V. S. Diff. vide apud Fachin. 4. c. 85. Ioan. à Sande. lib. 4. tit. 5. def. 6. Sed habetne hic locum jus representationis? Neg: d. §. 6. & nov. 1. c. 1. & d. l. ult. C. de V. S. nisi ratio commiserationis vel verisimilis voluntas testatoris aliud suadeat. §. 6. Inst. de hered. que ab intest. Diff. vide apud Fachin. d. lib. 4. c. 84. Ioan. à Sande d. lib. 4. tit. 4. def. 2. & 3. An prohibitus alienare, dotem uxori ex bonis fideicommisso astrictis solvere queat? Item an expresse prohibitus alienare ex causa dotis vel donationis propter nupt. nihilominus alienare possit, vide apud Fachin. d. lib. 4. c. 47. & 48. Nam hodie & in abstracto loquendo ne quidem obdotem constituendam bona restitutioni obnoxia alienari posse, existimo.

## IX.

Ad l. 36. quæritur, unde dicatur legatum, & an recte definitur in §. 1. Inst. h. t. Sed hec questiones, præterquam quod levioris momenti sunt, excusæ sunt in disp. ad d. §. 1. Adde Trecut. thes. 1. & ibi Bacchor. An sit legatum, quando testator donavit praesenti & acceptanti, an & ipsa res legata oppignorata censeatur, vide in d. disp. thes. 2. & 4.

Ad l. 45. §. 1. quæritur, an legatarius vel fideicommissarius scienter emens rem sub conditione legatam fideicommissio renunciassæ videatur? Negant. DD. comm. per d. §. 1. Sed hodie legato sub conditione reliquo efficaciter renunciari posse, probavi ad l. 13. de adq. hered. Cæterum quum nemo presumatur, pecunias suas aut jactasse aut donasse, præsertim hodiernis moribus, ut in pluribus juris articulis alibi demonstravi, recte juxta dictam DD. opinionem judicatum in Frisia puto. Diff. Ioan. à Sande. lib. 4. tit. 4. def. 12. Fab. Aliorque, ut videre est apud Fachin. 10. c. §. 2. Zaf. ad d. §. 1.

Ad

Ad l. 76. §. pen. queritur, an legatum via executiva vel iudicio possessorio persequi liceat? Neg: per ea, quæ dixi in disp. ad §. 1. & 2. Inst. h. t. Diss. vide ibid. & apud Treutl. thes. 7. lit. c. & ibi Bacchov. Fachin. 5. c. 31. An & quomodo dictæ actiones in d. §. cumulari possint, vide in d. disp. ad §. 2. infin. thes. 4. Treutl. d. thes. ult. lit. e. Quod in praxi rei vindicatio legatario etiam ante aditam hereditatem competat, maxime si periculum immineat, testatur Molin. add. ad Alex. 2. conf. 209. Bacchov. ad Treutl. d. thes. 7. lit. g. Adde Fachin. 12. c. 78. 79.

Ad l. 77. §. 8. queritur, an & quomodo ob legata evicta heredes sibi invicem teneantur. Sed illa quæstio jam disputata videri potest, ad tit. de evict. Adde Fachin. 6. c. 68. Bus. ad d. §. 8. Ad d. l. 77. §. pen. queritur, an legata vel fideicommissa his relinqui possint, qui tempore testamenti vel mortis nondum concepti sunt? Aff: d. §. pen. & l. Titia 85. de condit. & dem. Diss. vide apud Treutl. d. disp. 13. thes. 2. lit. e. & ibi Bacchov.

Ad l. 80. queritur, an rei legatae dominium statim post mortem testatoris in legatarium translatum intelligatur? Aff: d. l. 80. Diss. vide in disp. ad §. 20. Inst. h. t. An ergo testator legatario concedere potest, ut propria auctoritate possessionem rei legatae apprehendat? Neg: maxime si heres rem possideat, & eam tradere renuat. l. 176. de R. I. & l. 3. C. depig. l. 1. §. 1. quod legat. Sed ipsam rem legatam non amitteret, etiamsi sine consensu testatoris eam occupasset, ut dixi ad tit. Inst. de act. vi bon. rapt. Diss. vide apud Treutl. d. thes. 7. lit. b. & ibi Bacchov.

Ad l. 85. queritur, an & quando debitum creditori legatum animo compensandi relictum videatur? Sed illa quæstio decisa jam videri potest ad l. 84. §. 6. d. leg. 1. & ad §. 14. Inst. h. t. Diss. vide ibid. & apud Fachin. 5. c. 33. & duob. seqq.

Ad l. ult. §. fin. queritur, an d. §. etiam in particulari fideicommissio procedat, an in fideicommisso pure reliquo, an in casu donationis, vide apud Christin. vol. 1. decis. 227. Bus. ad d. §. & Fachin. 5. c. 28. nam nos d. §. censura dignum judicamus, quia

quia iusta ignorantia haud impedire debet, quominus ultima voluntas effectum sentiatur. l. 5. quem. testam. aper. & l. 1. C. de SS. Eccles. Item sentit. Autumn. in cens. Gall. ad d. §. sed alia ratione motus, quam non probo propter d. ration. nostr.

X.

Ad l. 1. Lib. 32. queritur, an saltem miles, qui de statu suo dubitavit, recte legasse intelligatur? Sed frustra, quum hodie etiam paganus de statu suo incertus recte legat, ut dicam latius in not. ad. d. l. 1. pr. De milite tamen textus apertus est in l. 11. §. 1. de testam. mil. Diff. Treutl. d. disp. thes. 2. lit. a.

An idem, quod in pr. l. 22. traditur de legato (ut hic disputat. Bus.) possit extendi ad clausulam derogatoriam testamento adjunctam, dixi ad tit. de injust. rupt.

Ad l. 25. §. 1. queritur, an legatum pauperibus relictum in unum conferri possit? Neg: quandiu plures existunt. d. §. 1. junct. l. 12. de testib. Diff. vide apud Treutl. d. thes. 2. lit. d. & ibi Bacchov.

Ad l. 39. §. 1. queritur, an testamentum sine jussu testatoris conscriptum, sed postea à testatore adprobatum valeat? Aff: arg. d. §. & maxime nostr. argum. quibus probamus, voluntatem servandam, de qua sufficienter constat. Diff. vide apud Bus. ad. d. §.

Ad l. 41. §. 5. queritur, an & quando nepotes veniant appellatione kinderen, dixi in not. §. ult. Inst. qui testam. tut. Vide etiam Ioan. à Sande. lib. 4. tit. 5. def. 10. & 11. Fachin. 5. c. 18.

Ad l. 52. §. 7. queritur, an legata taberna vel apotheca ipsa domus vel pars ejus, in qua apotheca posita est, legata videatur? Neg: d. §. Diff. vide in disp. ad §. 21. Inst. h. t.

Ad l. 79. §. 1. queritur, an sub legato rerum mobilium continetur pecunia numerata? Aff: d. §. ubi præter regulam sive exemplum exceptio est, quæ regulam confirmat. Quinimo in abstracto loquendo propter generale legatum videtur testator resiliisse à destinatione, qua nummos fænori vel emptioni

præ-

prædiorum destinaverat, nisi contrarium appareat & probetur. arg. l. 68. pr. h. t. Diss. vide apud Treutl. d. thes. 4. lit. g. & ibi Bacchov.

Ad l. 80. queritur, an etiam re & verbis simul conjuncti concursu partes faciant? Aff: d. l. & per ea, quæ dixi ad l. 16. de leg. 1. Diss. vide apud Zas. ad l. 33. de leg. 1. Bus. ad d. l. 80. Arum. ad l. 89. seqq.

Ad l. 89. queritur, an verbis conjuncti præferantur re conjunctis? Aff: sive conjunctio in usufructu, sive in proprietate facta sit d. l. 89. Diss. vide apud Treutl. thes. 3. lit. h. & ibi Bacchov. Zoef. ad h. t. num. 50. & seqq.

Ad l. 101. pr. queritur, an legatis prædiis testator etiam illud legasse præsumatur, quod ipsi oppignoratum est? Neg: d. pr. & §. 5. Inst. eod. Diss. vide apud Accurs. Bart. & Arum. hic.

F I N I S.

